

nat, quàm sint Angeli aut Mentēs humanæ. Sic enim iterũ Revius Stäteræ p. 105. *Quod de substantiis corporeis supra observavi* (verba nos enotavimus præcedentis Exerc. art. 2.) *id majori etiam ratione de spiritualibus, quales sunt animæ & angeli, hîc observo, nempe reddi eas per doctrinam Cartesianam non minus simplices quàm ist ipse Deus, utpote in quibus nihil aliud agnoscat quàm essentiam simplicem & modos, accidentia autem nulla. Vnde Theologi simplicitatem ex albo attributorum divinorum sibi expungendam sciant, nisi hæc doctrina illuc unde malum pedem attulit quamprimum remittatur.*

2. Resp. Doctrina nostra quam hîc vellicat ille, talis est : 1. Aliud esse *rem* propriè & strictè dictam v. g. pileum; aliud esse *modum rei*, v. g. formam pilei seu figuram. 2. Modum nihilominus, cùm aliquid sit, non nihil, rem dici posse latè & generaliter loquendo. Posteriori hoc neglecto prius arripit adversarius, quo modus Res seu Ens reale (nempe propriè & strictè loquendo) esse negatur, atque inde multas calumnias neçtit, è quibus illa, quæ ad Simplicitatem Dei spectat, hoc loco examinanda venit. Quomodo accidentia res sint aut non sint peculiari dicetur Exercitatione.

S

3. Ne-